



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Populus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

est: hoc est, tanta est pulmentarii amarities, quanta mortis est. Eodem modo paucis ante diebus, cum post raptum in caelum Heliam, Hierichonta se recepisset, questi sunt ejus loci cives, aqueas esse apud se pessimas, quas divinitus cum dulces reddidisset, numinis dictum citaverat: *Sanavi aqua erat, & non erit ulna mors in eis*, Sed ut ad piceam revertamur, Herodotum nonnulli carpunt, quod Isiam piceam praefectam non repullulare dixerit, cum & Cupressum, & alias quasdam plantas ipsi agnoscant, quae idem patiantur. Sed quantum ad Cupressum, attinet, diximus nos Herodotum ad Creiscam respexisse, quas repullulare constans fama est. De Pinu vero, quod Staphylus Pini more dicit, pro abolitione, excidioque supremo, in memoriam adducit terribilem eam Croesi denunciationem, qua per caduceatorem Lampfacenis interminatus est, eos ut Pinum exterere, nisi Miltiadem, quem per insidias ceperant, missum facerent. Cumque Lampfaceni inter se quaerent, quid illud esset, quod Rex se ut Pinum diceret, extriturum, a grandiore natu cive edocti sunt, eam arborem semel excisam numquam amplius subpullulascere. Quod illi excidium veriti, Miltiadem consensim & vinculis exemptum liberum abire permiserunt.

Citatu a  
Diogeniano  
meminit &  
Suidas.

Isthmia  
quid.

**I**sthmiaci quoque certaminis praemium Pinus erat. Neque vero Pinu tantum, verum etiam arido olim apio sacri ejus victores coronabantur. Funestum enim esse etiam apium, suo loco docebitur. Quae vero apii corona Nemeorum victoribus dabatur, ex eo viridi texebatur apio, ut interpretes Pindari monuerunt. Erant vero Isthmia in Melicertae memoriam instituta. Et Paulaniae adhuc temporibus Pinus apud aram Melicertae germinabat, quem puerum a Delphino delatum expositumque, Sisyphus rei miraculo motus in Isthmo sepelisse fertur, & certamen illud instituisse.

ISTHMA. CAP. XIII.

**N**atura imaginem esse Pinum dicit D. Ambrosius: quippe quae femina a primo illo divino celestiq; privilegio accepta custodiat, partusque suos quadam veluti annorum vice & ordine ferat, neque nisi vi caloris admota excludat. Atque eadem ipsa nux flammam speciem imitatur, lacunatis in turbinem toris reticulato opere circumductis.

NATURA. CAP. XIV.

**E**odem argumento & causa Cybeles Deae symbolum erat Pinus: nam & ipsa Dea rerum omnium mater habebatur. Videre vero est numum, in quo caput Cybeleium est de more turritum, ab altera cujus parte corolla impressa est ex duobus ramis Pineis, intra quos literae sunt  $\Sigma$  MYNAIN. Ubi illud quoque adnotatione dignum, quod litera  $\Sigma$  in eo numo figuram habet Latinae aspirationis in latus prostrata, ac solo projectae,  $\Sigma$  Hinc enim crediderim multa ea Graecorum vocabula, quae apud eos a vocali incipiunt aspirata, per  $\Sigma$  a Latinis enunciatam, utpote qui aspirationem  $\Sigma$  literam esse arbitrati sunt. Sic *en* a septem, *es* a serpo, *es* a sus. Sive ea litera  $\Sigma$  nota fuerit, quod veteres inscriptiones plurimae  $\Sigma$  pro  $\Sigma$  litera ponunt: ut ZMYRNA Romae in Divae Anastasiae, & in Campo Florae in Veientibus arce castrum novi, OS SUIZ ZMARAGDI: in foro Trajani, EMILIUS ZMARAGDUS, & innumera alia, de quibus Grammatici viderint. Per Hetruriam vetusta pleraque conditoria Pinum insculptam habent, sive funerali argumento, sive quod apud eos Cybele olim vere coleretur.

Quia ab ea  
Aitys pastor  
in Pini  
conversus  
fertur.  
Nami cum  
capite Cy-  
beles ex-  
plicatio.

ÆSCULAPIUS. CAP. XVI.

**A**pod Sicyonios Pineae nux Æsculapii symbolum habebatur. Nam & Pausanias auctor est, eum Deum cum sceptro, & nuce Pineae in manu altera, sculptum esse.

DE POPULO. CAP. XVII.

Qua arbo-  
res ferales.

**A**ccedit his Populus, multae & ipsa apud antiquos venerationis, quamvis inter infelices damnasque religione recensatur: quo in numero sunt omnes, quae neque feruntur, neque trucidantur.

FUNUS.